



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

22. Quomodò, & quo tempore Inquisitores debeant facere, ut reus ratificet
confessionem in tormentis factam? Et aliqua alia circa hoc notantur, &
deciduntur. Ex p. 4. tr. 6. res. etiam 22.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

dub. 15. num. 4. Miranda in ordine iudic. tom. 2. q. 26. art. 15. concl. 2. Quevedo lib. de iudiciis & tort. cap. 13. num. 6. Villadiego in polit. cap. 4. num. 324. Sebastian. Guazinus in defensorum tom. 2. lib. 1. defen. 30. capite 2. num. 11. Menochius de arbit. lib. 2. cas. 197. numero 2. & Farinacius quest. 38. num. 27. qui optimè num. 28. advertit, quod tunc appellationem frivolam, & calumniosam iudex arbitrabitur, quando videbit in processu apparere legittima ad torquendum indicia, & ea non fuisse purgata in termino concessio ad defendendum; quæ tamen omnia procedunt, quando constat clarè de calumnia appellationis: secus autem quando fumus in dubio tam juris, quam facti, nam tunc Domini Inquisitores debent superfedere in tortura, & expectare quid super appellatione pronunciet iudex ad quem, ut optimè observat Caravita in ritu mag. Cur. 259. num. 10. cum Farinacio loco citato, quibus adde Guazinum loco citato, Scaccia in de iudic. tom. 1. lib. 1. cap. 97. num. 85. ubi explicat, quando appellatio à sententia torture dicatur frivola, & ita omnia supradicta determinantur in nostra instr. Tolet. anno 1561. n. 50. ubi sic habetur. [Deben los Inquisidores mirar mucho que la sentençia del tormento sea justificada, y procediendo legitimos indicios, y en caso que desto tengan escrúpulo o duda por ser el perjuicio irreparable, pues en las causas de heregia ha lugar apelacion de las interlocutorias otorgadas la apelacion a la parte que apela. Pero en casos, que esten satisfechos de los legitimos indicios que del processo resultan esta justificada la sentençia del tormento, pues la apelacion en tal caso se reputa frivola deben los Inquisidores proceder a la execution del tormento sin dilacion alguna, y advertir que en duda han de otorgar la apelacion.] Sic ibi, quæ ubique, ait Pegna in direct. Inquis. part. 3. comment. 31. num. 121. obiter vellem, quoniam tuiissima sunt, & acquisitiva.

2. Nota tamen hic cum dicto Pegna, quod appellatio ab interlocutoria, siue à gravamine, quo reus se gravari dicit, duo præcipue continere debet, primum est gravamen, à quo appellatur, ex cap. cum sit Romana, extra de appellat. alterum est causa gravaminis, & non sufficeret illa in genere, sed specificè erit explicanda, aliter appellatio non valeret.

3. Nota secundò, quòd si post appellationem aliud crimen deferatur, ipsa appellatione non obstante possunt Inquisitores circa illud contra appellantem procedere, si tamen causa gravissima non sit, tutius est non procedere, & Superioris responsum expectare. Ita Soufa ubi supra num. 11. qui citat Pegnam, quibus ego addo Castrum Palaum in opere morali, tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 7. num. 7. ubi rectè excipit, nisi causa appellationis fuerit suspicio iudicis, tunc enim quia æqualiter in omnibus causis procedit, non poterit iudex reum ad respondendum compellere, nisi forte fuerit delictum adeo grave, & manifestum, ut ipsamet gravitate, & manifestatione reus condemnatus existat.

4. Et tandem nota tertio, quòd in casu, quo Inquisitores admittunt appellationem, transmittendus est reus cum processu, & idoneis custodibus ne fugiat, vel potius mittenda est summaria informatio ad Summum Pontificem. Ita Patamus de orig. Inquis. lib. 3. quest. 4. num. 110. & Soufa ubi supra num. 9. Verum in nostra Inquisitione Hispanica in tali casu observatur id, quod statuitur in instructione Toletana cit. n. 51. ubi sic habetur: [Si en alguno caso pareciesse a los Inquisidores, que deben otorgar la apelacion en las causas criminales de los reos, que estan presos, deben embiar los procesos al Consejo sin dar noticia dello a las partes, y sin que persona de fuera de la cargel

lo entienda porque si al Consejo pareciere otra cosa en algun caso particular lo podrian mandar, y proveer.] Sic ibi.

RESOL. XXI.

An Inquisitores possint torquere Confessarium sollicitantem ex delatione unius faminae bona fama?
Et an Confessarius minimè detrudendus sit in carcerem ex unius faminae quantumvis honesta delatione?
Et an si Religiosus sit, non debeat incarcerationi sine consilio Supremi Senatus? Ex part. 4. tractat. 6. Refol. etiam 21.

§. 1. **A**firmativè ad hunc casum respondet Michaël Zanardus in direct. Theol. p. 3. cap. 38. fol. mibi 490. ubi sic ait: Item si mulier sit bona fama & opinionis, si à Confessario in actu confessionis compulsa contra aliquem aliàs suum Confessarium deposuerit, quòd eam in confessione sacramentali sollicitaverit (nisi mulier sit de mendacio suspecta ex exceptionibus, & talis Confessor sit cognitus probata vitæ) poterit torqueri super dicto unius optimæ mulieris, non patientis tamen aliquam exceptionem ex voluntariis, cum simus in crimine occulto, & nullus præsumatur suæ salutis inimicus, unde coacti à Confessario, ut Confessarium sollicitantem revellet, & inter hos nulla sit inimicitia, ut testis probans de proprio auditu (qui in tali delicto æquivaleret ei, qui aliquid deponit de proprio visu) ut testis integer habebitur. Hæc Zanardus.

2. Sed hæc quæstio non deserviet pro Inquisitione Hispanica, in qua nunquam Confessarii sollicitantes torquentur, verum loquendo stante praxi Inquisitionis Romanæ ubi supradicti torquentur, adhuc puto sententiam Zanardi non esse admittendum, nam si, ut optimè observat contra Canteram Anton. Soufa de Conf. sol. tract. 2. cap. 21. num. 6. Confessarium minimè detrudendum esse in carcerem ex unius faminae, quantumvis honesta, delatione, quanto magis dicendum est, ex tali delatione, minimè torquendum esse, nam mulier nunquam est testis omni exceptione maior; sed unicus testis non sufficit ad torquendum, nisi sit omni exceptione maior; ergo, &c. Dicendum est igitur, quòd numerus testium in tali casu sufficiens ad reum torquendum remittitur arbitrio Inquisitorum, qui inspectis circumstantiis, qualitate reorum & testium, hoc negotium prudenter determinabunt: In nostro verò Tribunali Inquisitionis Hispanicæ reus in tali casu, neque recluditur in carcerem quousque duobus testibus, vel tribus fuerit testificatus, ut observat Anton. Soufa ubi supra num. 7. & Castrum Palaum in opere morali tom. 1. tract. 4. disp. 9. punct. 11. num. 1. & alij, & sic est Religiosus, in carcerem secretum non detruditur sine consilio Supremi Senatus.

Sup. hoc sup. in tr. 9. ref. 64. §. Sed in fin. & in ref. 65. §. 1. ad med. vers. ex unius faminae.

Sup. hoc mag. latè sup. in tr. 10. ref. 39. §. ult. post med. & in ref. 67. §. ult. post tot.

RESOL. XXII.

Quomodo, & quo tempore Inquisitores debeant facere, ut reus ratificet confessionem in tormentis factam?
Et aliqua alia circa hoc notantur, & deciduntur? Ex p. 4. tr. 6. Ref. etiam 22.

§. 1. **P**ost inflictam tormentum, & confessionem in eo extortam, ut virtute ejus reus possit condemnari, necessarium est, ut eam ratificet extra locum torture, ut patet per glossam in l. ver. 2. aliquid, C. quarum

guarum appellat. non recip. & per glossam in l. servos, C. ad leg. de vi public. & docet Simanca in *Catbol. instit. tit. 65. num. 67.* Suarez de Paz in *praxi tom. 1. p. 5. cap. 32. §. 12. mem. 23. n. 24.* & alij; quantum autem tempus transire debeat in hac causa, nullo communi jure præfinitum est Bartol. & alij in l. 1. §. *Dignus Severus ff. de quest. in arbitrio* iudicis hoc esse positum, videtur sentire. Cæterum Anton. Gomez *tom. 3. var. cap. 13. num. 24.* rectè admonet id spatium esse debere unius diei naturalis, & hæc omnia observat Pegna in *direct. part. 3. comment. 39. num. 158.* qui addit, benignius esse, ut hæc ratihabitio fiat post duos, vel tres dies, postquam inflicta fuit tortura, ne adhuc tormentorum dolor, & vehemens animi perturbatio durare videatur, quod etiam asserit Soula *aphorism. Inquisit. lib. 2. cap. 39. num. 43.*

2. Sed praxis nostræ Inquisitionis Hispanicæ sequitur opinionem communem Antonij Gomez, & aliorum, & ideo dicta ratificatio recipitur post transactas 24. horas. Vnde in instruct. Tolet. anno 1561. *num. 53.* sic statuitur [Passadas 24. horas despues del tormento se ha de ratificar el reo en sus confesiones, y en caso, que las revoque usar se ha de los remedios del derecho. Y al tiempo que el tormento se da, el notario debe assentar la hora, assi mesmo a la ratification, porque si se hiziere en el dia siguiente no venga en duda si es despues de las veynte y quatro horas, o antes, y ratificandose el reo en sus confesiones, y satisfechos los Inquisidores de su buena confession podranle admitir a reconciliacion sin embargo de que aya confesado en el tormento.] Sic ibi. licet Simanca in *Catbol. instit. tit. 65. n. 71.* & Miranda in *ordine judiciario tom. 2. q. 26. art. 17. concl. 3.* asserant, quod Inquisitores solent in tertium diem rei ratificationem differre, quod illis etiam permittit instructio Hispal. anno 1484. *n. 15.* Verum hodie ex dicta instructione Toletana, ut observat Didacus Cantera ubi infra, post transactas 24. horas a reo ratificationem regulariter exposcent.

3. Modum verò habendi hanc ratificationem ponit Farin. *de hæresi q. 185. §. 8. n. 150.* ubi ait: Cautius est, prout hodie servatur, quod ad effugiendam suggestionem non lecta sibi confessione monetur ad repetendum in substantia, quid in sua confessione in tormentis emanata pro veritate dixerit, & sic per ipsum repetita dicta confessione in substantia postea legatur confessio per extensum, & perquiratur ab eo, an ea quæ sibi lecta fuerint, sint illa eadem, quæ confessus fuerit post torturam, & an tanquam vera confirmare, & ratificare intendat. Ita Farinacius; & licet alij ponant aliam formam habendam dictæ ratificationis, non est recedendum à supradicta tanquam magis perfecta, & recepta in praxi, ut testatur Farinacius.

4. Notandum est tamen id, quod observat Inquisitor Cantera in *q. crim. cap. 2. de probat. per testes, q. 1. n. 67.* ubi sic ait: Vnum tene menti, quod si aliquis tortus confessus fuit in tortura, & postea ad bancum iudicis revocaverit, & post revocationem spontè fuit iterum confessus, dicendo, quod illud, quod dixit in tortura, verum erat, certè tunc valebit confessio facta in tortura, cum sit corroborata cum confessione spontanea postea facta. Istum casum habui in praxi, & sic fuit determinatum per Consilium supremum Inquisitionis. Ita Cantera.

5. Notandum est tamen hic obiter quod licet, ut dictum est, confessio facta, in tormentis non nocet, nisi postea ratificetur, quod idem dicendum est, si confiteatur ex realis tormenti terminatione propinqua, tamen verbalis terrefactio remota ratificatione non indiget; & ita docet Pegna in *direct. p. 3. comm. 39. n. 150.* & post illum Soula in *aphor. Inquisit. lib. 2. c. 39. n. 42.*

6. Notandum est etiam, quod dicta ratificatio confessionis in tormentis facta, si reus est minor, facienda est coram curatore, ut observat Villadiego in *polit. cap. 3. n. 330.* & ideo Paulus Gaspar in *ordine process. in S. Offic. fol. 40. pag. 2.* sic ait: [Si el reo fuere menor de veynte y cinco años, se ha de ratificar con asistencia de su Curador, y firmar ambos.] Ita ille.

7. Et tandem nota quod confessio in tortura facta, & postea extra tormentum ex intervallo legitime ratificata, his tamen non obstantibus ex erroris allegatione & ejus probationis oblatione revocari potest, & ita tenet Caballus in *resol. crim. cent. 2. c. 186. n. 4.* qui citat Bossum & Clarum, licet aliqui assentiant hoc non procedere, quando urgentia indicia torturam præcederunt, ut confessio extrajudicialis, &c. sed contrarium errore probato dicendum est, & si error non probetur, non est deveniendum ad torturam, sed ad condemnationem definitivam.

RESOL. XXIII.

An Inquisitores debeant torquere reum, qui postquam in tormentis confessus est, sequenti die confessionem suam negat? Ex p. 4. tract. 6. Ref. etiam 23.

§. 1. Videtur quod non, ex verbis instruct. Hispal. anno 1484. *n. 5.* ubi sic habetur: [Si el delicto pareciendo semplemente probado los dichos Inquisidores con el ordinario juntamente deliberaron de poner al acusado a question de tormento, confiesse el dicho delicto, y despues de quitado el dicho tormento ex intervalo conviene a saber el dia siguiente, o a tercero dia revocar la dicha confession y se delatézere (como quier que el delicto no quede ni sea completamente probado) deben los Inquisidores mandar por razon de la infamia y præfucion que del process resulta contra el dicho acusado, que abjure publicamente el dicho error y denle alguna penitencia arbitraria.] Sic ibi.

2. Sed his non obstantibus, ut observat Didacus Cantera in *quæst. crim. cap. 2. de probat. per testes, q. 1. num. 67.* id non servatur in praxi in sacro Tribunali, quod etiam testatur Simanca in *instit. catbol. tit. 65. numero 80.* qui etiam notat dictam instructionem contrarium non prohibere. Dicendum est igitur cum Simanca in *catbol. instit. cap. 63. n. 43.* Peguera in *praxi, l. 1. §. 12. num. 9.* Bossum *tit. de tortura, n. 34.* Suarez de Paz in *praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 17.* Villagot. in *praxi lib. 7. cap. 7. concl. 3.* Aldrete de *discept. tuerd. libro 1. cap. 17. n. 26.* Binsfeldio in *comment. de maleficiis math. leg. 7. quæst. 1. concl. 14.* Miranda in *ord. judic. tom. 2. quæst. 26. art. 18. concl. 1.* Michaële Zanardo in *direct. Theol. par. 3. cap. 88.* Soula in *aphor. Inquisit. lib. 2. cap. 39. num. 39.* Quevedo *lib. de indicis & tort. part. 2. cap. 7. num. 2.* Villadiego in *polit. cap. 3. num. 331.* Ambrosino *de process. inform. lib. 4. cap. 5. n. 12.* Guazzino *tom. 2. de process. inform. lib. 4. cap. 36. n. 4.* Inquisitores postea in tali lib. 1. *defens. 30. cap. 36. n. 4.* Inquisitores postea in tali casu torquere reos; & ratio est clara, quia ex illa revocatione videtur resultare novum indicium propter variationem torti, vacillavit enim, & propria confessione corroboravit præcedentem probationem, & novum indicium ore suo addidit, & ita ex Theologo docet Lessius *lib. 2. cap. 29. dub. 17. n. 168.* & Becanus in *2.2. D. Thom. de justit. quæst. 67. de injustitia iudicis, q. 10. num. 18.*